



I. N. J.

Πρόλογος



Um omnis cognitio delectet habeatque καλὸν καὶ ἡμιον quoddam in se, ceu Musarum (a) chorus eleganti συμφωνία hâc exprimit: ἔκκαλὸν φίλον ἴσσι, καὶ ἔκκαλὸν ἔ φίλον ἐσσί.

tum maximè, quæ μικρόκοσμον hominem in considerationem producit, dignitate ac jucunditate reliquis eminet tantum,

(b.) Quantum lenta solent inter Viburna Cupressi.

Deliciæ sunt τὸ γινῶναι σεαυτὸν post γινῶσθαι ἔ θεῶν nullo non tempore sapientioribus commendatæ. Omnium ceterarum substantiarum simulacrum & medium quoddam homo rectè vocatur μικρόκοσμος. Alterum (c) Angelum visibilis naturæ spectatorem, intellectualem mysten (d) haud incommodè quoque appellabis. Vides enim in eo Dei non modo Angelorumque epitomen, sed & hujus aspectabilis mundi: hoc in corporis structura & compage; illud in Spiritu seu mente. Quasi Creator omnipotens, ut singulare artis suæ specimen exhiberet, tum infinitam illam suam naturam, tum immensam hanc mundanam exiguo spatiolo includere voluerit. (e) Humanum corpus actionum usuumque varietate præcellens, & organorum copia & elegantia omnia genera animantium superans, mirabili quadam ratione quatuor (f) Elementa potest referre: venæ

A tanquam

(a) apud Theogn. (b) Virg. eccl. 1. (c) J. Martin. Metaph. lib. 2. Exerc. 11. Theor. 3. p. 554. (d) cum Nazianzeno in Orat. de Pasch. pag. 669. citante eodem. (e) Brunon. Seidel. comment. Didascal. de corpore animato in præfatione. (f) Muretus in Orat. IX. de justit. Volumine I.